

11. de Civit. DEI. c. 21. 2. gradus actionis est *ωφέλιμος*, h. e. voluntas agendi, Eph. 1. v. 11. 3. *διόικησις*, quæ consistit tum in conservatione, tum in gubernatione rerum omnium. Act. 17, 18. Col. 1, 17. 1. Pet. 5, 7. Rajimundus de Sabasde ait: ut radiorum esse à sole, umbra à corpore, ita omnes creaturæ à divina dependent conservatione cap. 16. Theol.

6. Cōservat autē Deus res, vel quoad species, vel quoad individua,

7. Quoad species conservat res corruptibiles, ut sunt arbores, bruta, homines, &c.

8. Quoad individua conservat res incorruptibiles, ut sunt Angeli, Cœlum, Stellæ, sano sensu. Interim & corruptibilium rerum individua conservat, quousq; & quomodo ipsi libet.

9. Necesaria autem est creaturæ hæc conservatio, quia creatura omnibus modis à Creatore dependet in fieri, permanere, operari. Hinc, cessante cōservatione ista, in nihilum abit creatura. Psal. 104, 28.

10. Objectum sunt in genere res omnes Heb. 1, 3. In specie verò creaturæ rationales, Angeli, homines, quæ vitæ ingressum, Job. 10, 8. progresum, Deut. 30, 20. egressum, Job. 14, 5. Creaturæ irrationales Matth. 6, 26. vegetabiles v. 29. 30. etiã fortuita, ut sortes, Prov. 16, 33. & cogitationes Prov. 21, 1.

11. De irrationalibus creaturis tenendum est, quod illas Deus gubernat solo impulsu ad fines præstitutos, quos ipsæ non agnoscunt. Quod igitur bruta stans temporibus ad procreationem se sociant, quod aviculæ nidificant, quod ovis incubant, hæc omnia proveniunt à providentia divina, & certos fines habent, quos tamen bruta ignorant. Nam rectè Dominus Philippus lib. 1. Epigram. 59. v. 13. cecinit.

*Non Deus est Numen Parcarum carcere clausum:*

*Quale putabatur Stoicus esse Deus.*

*Ipsæ potest solis cursus inbibere volantes,*

*Ipsæ, velut scopulos, flumina stare facit.*

12. Versatur autem diversimode Deus circa res bonas & malas.

13. Circa civiliter bonas nō solum naturam sustendendo, vires largiendo, actiones præcipiendo, sed & non renatos ad eas excitando, & in finem bonum dirigendo, 2. Cor. 3, 4. 5. 6. Phil. 2, 13. Esai. 45, 1. 2.

14. Circa spiritualiter bonas, non solum eas præcipiendo, sed in nobis etiã incipiendo, mediando, finiendo, & suppeditando vires, Joh. 15. 5. 6. remunerando, Ps. 34, 4. 5. Psal. 147. v. 11. 1. Tim. 4, 8.

15. Circa